8689 Concordiae in sepulcreto rep., est in curia.

cOMINiAE GRATILLae
OPPIVS · SABINVs
MATRI PIISSIMAe

Recognovi. Bertolini n. 36 *bull. dell' inst.* 1874 p. 36, *Arch. Ven.* 7, 297.

8690 Concordiae in sepulcreto rep.

T · DE~~TICI~~
SIBI

Bertolinius misit.

8691 Concordiae in sepulcreto rep.

NIAE · L
ENNIVS · I
VIR · FIER

II
OA
DE
N

C
II

· A
IH

Bertolinius misit. Fragmenta omnia eiusdem tituli sunt.

8692 arca. Concordiae rep. ad sepulcretum saec. V, sed in loco tam profundo, ut ad ipsum nequaquam pertinere potuerit.

Q · FABIO Q F FABIANO
TVRRANIA SESTIA
FILIO PIISSIMO

Bertolini n. 57 *bull. dell' inst.* 1875 p. 115.

8693 Concordiae in sepulcreto rep.

FABIVS FC
SIBI

Bertolinius misit. Fiorelli *not. degli scavi* 1876 p. 132.

8694 Concordiae in sepulcreto rep.

FABIAE PAVLINAE

Bertolinius misit, addens titulum integrum esse. Fiorelli *not. degli scavi* 1876 p. 132.

8695 Portogruari apud Muschiettios.

H
FEL
VIXIT · AN

Descripsi.

8696 arca Concordiae rep. ad sepulcretum saec. V una cum n. 8692.

FIRMINA · VIVA
genius alatus FECIT · SIBI *genius alatus*

Bertolini n. 56 *bull. dell' inst.* 1875 p. 115.

8697 arca rep. fracta Concordiae in sepulcreto; est ibi in curia.

FL ROMVLIANVS
FECIT DE SVO PR*oprio ar*
*ca*M CONIVGI SV*ae*
*e*T SIBI SI QVIS F
IN EO LOCO CORPV*s*
PONERE VOLVERIT IN*feret*
REI PVBLICAE PECVN*iae*
FOLLES MILLE

Recognovi. Bertolini n. 28 *bull. dell' inst.* 1874 p. 32, *Arch. Ven.* 7, 294.
7 pecunia hac aetate aes significat.

8698 Portogruari in campo Petri Trevisan rep. a. 1874.

LOC
Q · GRANI
PHOSPHORI

Contuli ad ectypum. Bertolini *bull. dell' inst.* 1875 p. 124.

8699 Concordiae in sepulcreto rep.

H A V E T E
S E R · I V L I
P A R D A L A E T
I V L I A · S E R E N A
FILIA
ET TV QVISQVIS
ES VALE LIB LIBQ
V · F
IVLIAE CARPHIM *sic*
LIB

Recognovi. Bertolini n. 5 *bull. dell' inst.* 1874 p. 22 (cf. p. 40), *Arch. Ven.* 7, 297.
9 aut CARPHIM aut GARPHIM lapis.

8700 Portogruari in aedibus Trevisan.

C · IVNIO · L · F
Q.....

Bertolinius misit.

8701 Concordiae in sepulcreto rep., extat in curia.

MARCIAN
P F METR

FRATR
DVI

Recognovi. Bertolini n. 37 *bull. dell' inst.* 1874 p. 36, *Arch. Ven.* 7, 297.

8702 Concordiae in sepulcreto rep.

L MINICIO L
DIT

Bertolinius misit. Pars prior prodiit *Bull. dell' inst.* 1876 p. 88.

8703 Portogruari apud Muschiettios.

MINICIA VXSO
POSIT

Descripsi.

8704 Concordiae in sepulcreto rep.

P O N T I A
QVAE · VIXIT
DVIIIIITIV

Bertolinius misit.

8705 Portogruari rep. a. 1874 in fundo Petri Trevisan.

SELIA · Q · L
IVCVNDA
FIERI IVSSIT

Bertolini *bull. dell' inst.* 1875 p. 124.

8706 Concordiae rep. 8 Mart. a. 1873 in substructione arcae.

/ / / LLAE · MATRI
/VMENI · PATRI
ALI · FRATRIS · FILIO
/ / SEVERO · FRATRI
EPHAGATO · L *sic*
· F · G A L L A
t. f. I

in latere: *libra, inter cuius lances instrumentum est cultris acuendis; infra libram cultri tres magnitudinis diversae et pondera ad libram pertinentia; ad latus isicium.*

Recognovi. Bertolini n. 4 *bull. dell' inst.* 1873 p. 61 (cf. p. 90). 1874 p. 22, *Arch. Ven.* 6, 66; Mantovani *mus. Opitergino* (1874) p. 63.

8707 Concordiae in sepulcreto rep.

ANN · V
S SEVER

Bertolinius misit.

8708 in lamina marmorea; Concordiae in sepulcreto rep. a. 1876.

M
VALENTIN
IA RODO
SIMO IA
EXORO

Bertolinius misit.

repertus est *centenarius ex off(icio) praef(ecti) Illir(ici) Dac(iae) rip(ensis)* n. 8771. Sed de eo quoque paucis vix potest res absolvi. Illyricum intellegitur omnino orientale quod dicitur; nam occidentale suum praefectum nullo tempore habuit. Fuerunt autem sub praefecto Illyrici secundum Notitiam Orientis dioeceses duae Macedonia et Dacia, cuius inter quinque provincias est item Dacia ripensis. Itaque haec et Illyricum universum iuxta poni non potuerunt, ut iunguntur Italia Illyricum Africa, nec, si qui scripsit id voluisset, copulam omisisset. Immo sic explica hunc hominem militavisse sub praefecto Illyrici ita, ut Daciae ripensis administrationem potissimum tractaret. *Centenarius* autem ad quod corpus pertineat, non satis perspicio, nec perspexit similia quae affert ad C. Th. 6, 27, 7 Gothofredus; nam in officio praefecti praetorio huius aetatis milites nulli sunt, nec videtur recurri posse ad agentes in rebus, quippe quos in officio praefectorum praetorio locum habuisse nusquam tradatur.

Municipalia officia nulla reperiuntur nisi *archiater* Concordiensium n. 8741 et *prencepalis de civitate Mursese* n. 8770. Peregrini homines oriundi omnes ex Apamea vel Epiphania Coelesyriae (cf. Rossi *bull. crist.* 2 a. 1864 p. 79) omnesque Aurelii dicti n. 8723. 8725. 8727—8733 quo loco Concordiae fuerint, non apparet*). Addo denique puerum *notarum litteris eruditum* n. 8722.

*) Titulum nuper repertum Comi in basilica S. Carpophori his nostris admodum similem hoc loco adscripsi:

A ☧ ω
ΕΝΘΑ ΚΕΙΤΕ Ο ΕΥΜΥΡΥΤΗϹ
ΕΝ ΙΡΕΝΕ ΒΑΝΝΕΥΑϹ Υ · ΑΡΒΗΛΟ
Υ·ΚΩΜΗϹ ΑΚЄΜЄΝΕΙΟΥϹ ΟΡ
ΩΝ ΑΠΑΜΕΩΝ ΖΗϹΑϹ ΜΙΚΡΟ
ΠΛΟΥϹ ΕΤΩΝ ΕΞΗΚΟΥΝΤΑ +ΕΤΕΥΛ
ΕΥΤΗϹЄΝ ΥΠΑΤΙΑΙ ΒΙΚΕΝΤΙΟΥ ΚΑΙ ΦΡ *p. C. 401*
ΥΑΒΙΤΟΥ ΤΩ̅ ΛΑΜΠΡΑΤΑΤΩΝ ΙΝΔ Ε̅Ι̅ *sic*
ΕΙΝ ΜΗΝΙ ΝΟΕΝΒΡΙΩ ☧ Ε̅ Κ δЄΚЄΜβΡ

Eum repertum a Seraphino Balestra legit Biraghius ediditque apud Rossium *bull. crist.* 2 (1864) p. 78 et apud Balestram *rivista arch. Com.* 4 (1873) p. 16. Biraghius in fine primum dedit ☧ ΑΙ Κ·ΡΩΜΑΙΩΝ, deinde ☧Ε ΚΑ·ΕΡΜ·ΙΜΕΡ (id est Ἑρμοῦ ἡμέρᾳ = die Mercurii), duplici interpolatione, cum facile intellegatur in lapide esse non ΑΕΡΜΙΜΕΡ, sed ΔΕΚΕΜΒΡ vel ΔΕΚΙΜΒΡ. Observat Rossius l. c. antiquissimum esse hunc titulum omnium, qui quidem in Italia reperti sint indictionem habentes.

Restant multae, quae cum raro desint in arcis his omni iniuriae obnoxiis, et ipsae a solitis differunt ita, ut extremi aevi Romani certa indicia prae se ferant. Poenae loco flagitatur certa quantitas modo auri modo argenti:

auri	*p.*	*V*	n. 8743
„	„	*III*	n. 8745
„	„	*II*	n. 8729? 8732. 8740. 8748. 8750. 8752. 8757. 8759. 8768. 8776. 8780
„	„	*I*	n. 8723. 8725. 8726. 8727. 8728. 8731. 8733. 8742. 8753. 8760. 8761. 8764
„	*unc.*	*VI*	n. 8747. 8770
„	„	*III*	n. 8730? 8754
solidi		*LXXX*	n. 8741
„		*XXV*	n. 8773
„		*XX*	*v(el) i(n) a(rgento) u(nciae) L* n. 8734, ubi vide.
„		*X*	n. 8749
argenti	*p.*	*X*	n. 8739. 8751. 8755. 8763. 8775
„	„	*VI*	n. 8769
„	„	*V*	n. 8735. 8735 *a*. 8737. 8744. 8758. 8762. 8765. 8772
„	„	*II*	n. 8777

Follium poena nulla invenitur excepto titulo n. 8724 (*denariorum....*), quem pariter atque n. 1880 (*denariorum folex sexcentos*) et n. 8695 (*pecun[iae] folles mille*) crediderim non tam huius coemeterii esse quam eius quod tempore praecessit, id est quarti saeculi potius quam quinti. Praeter multas has pecuniarias ter (n. 8738. 8762. 8768) comminatio proponitur, ut violatori manus praecidantur; quae alibi quod sciam adhuc nusquam inventa est. — Penditur autem multa illa semper fisco vel, ut saepe dicitur, *fisci viribus* (casu omittitur is cui poena debetur n. 8726. 8757), nisi quod in fisci locum succedit res publica, scilicet Concordiensium, in unico titulo n. 8741, qui est archiatri (cf. tamen n. 8721). Errore igitur Rossius (*bull. crist.* 1876 p. 81) huic ipsi sepulcreto item titulum vindicat n. 1880 principis cuiusdam stabuli dominici multam habentem inscriptam follium DC rei publicae pendendam, cum in nostris neque pecuniae aereae mentio fiat et fiscus totus regnet. — Denique praeter multam impositam sepulcrum in titulo n. 8755 commendatur *veteranibus*, id est veteranis, in aliis *sanctae ecclesiae civitatis Concordiensis* (n. 8740) sive *civi(tatis) Con(cordiensis) r(everentissimo?) clero* (n. 8745), eodemque redit petitio de sepulcro non turbando *ad omnem clerum et cunctam fraternitatem* n. 8738 (cf. supra n. 2305).

8721 nuperrime rep.

[PP ∘ FAB SAGIT · Tar
?*facto a d. n. hon*ORIO MEMOR*iam*
*fecerunt fili*A ET AHETI*a*
*uxor si quis p*OSTEA
?*praeter nostro*S ALICV:VS
*corpus in hanc arcam i*NFERTVRVS *sic*
*erit inferet rei public*AE

Descripsi ad ectypum quod misit Bertolinius ab ipso adiutus marmore denuo inspecto.

8722 ad septentrionem viae.

in operculo in latere: *corona in tympano caput* — *columnae duae*

ALEXANDRO · FILIO · PIISSIMO
MIRAE VERECVNDIAE · SINGVLARI
INNOCENTIAE CASTITATE INTEG
RO NOTARVM LITTERIS ERVDITO
QVI VIXIT ANN · XVII · SABBATIA
MATER AD VLTIMVM VITAE
DEFLENS EXITVM FILI
ET SI BI FECIT

columnae duae — *in operculo in latere:* *corona in tympano caput*

Recognovi. Bertolini n. 26 *bull. dell' inst.* 1874 p. 31, *Arch. Ven.* 7, 293.
7 post EXITVM, 8 post SI spatium vacat.

8723

ΑΥΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΥΡΟϹ
ΚΩΜΗϹ ΜΕΖΙΑΝΩΝ ΟΡΩΝ ΑΠΑΜΕ
ΩΝ ΕΝΘΑ ΚΑΤΑΚΙΤΑΙ ΕΑΝ ΤΙϹ ΤΟ
❦ ☧ ❦ ΛΜΗϹΗ ΕΚΚΤΟϹ ΓΟΥ ΕΙΔΙΟΥ ❦ ☧ ❦
ΑΥΤΟΥ ΓΕΝΟΥϹ ΑΝΥΞΕ ΤΗΝ
ϹΟΡΟΝ ΤΑΥΤΗΝ ΔΩϹΗ ΤΩ
ΕΙΕΡΩ ΤΑΜΙΩ ΧΡΥϹΟΥ ΛΙΤΡΑΝ
ΜΙΑΝ

Henzen *bullett. dell' inst.* 1875 p. 43. 118 ad ectypum a Bertolinio (n. 61) missum.